



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.  
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

**Contzen, Adam**

**Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI**

vers. 34.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)



& sanctus malefico: um, supplicij in famaretur, sanguine & ossib. contaminaretur. Mosis tempore mons ille notissimus fuit, Nam Abraham montem appellavit, *Domineus* vid. 1. Gen. 22. 14. Unde vsq; hodie dicitur: *In monte Domineus* vi rebit, vt est eodem loco. Stigmat ille mons fuit ita celebratus, non puto Golgotha fuisse.

## VERSUS 34.

*Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum. Et cum gustasset, noluit bibere.*

## QUESTIO I.

*Quem potum Christo exhibuerunt?*

§ 1. Diversitas inter Euangelistas nonnulla videtur esse. Matthæi verba: *Et dederunt ei vinum bibere cum felle mistum, & cum gustasset noluit bibere.*

Leitio diversa. Marci 15. 23. *Et dabant ei bibere myrrhæ vinum, & non acetum.* De eodem tempore loquuntur vterque Euangelista, vt omnino videatur idem vinum cum felle mistum & myrrhatum. Apud Matth. in Græco est, *ὄξυς* acutū quidam tamen libri habent, non *ὄξυς*, sed *ὄξυς*, alii tamen libri habent *ὄξυς* pleriq;

§ 2. Satis inter omnes conuenit, initio cum Dominus crucifigendus esset, potum ipsi oblatum. Deinde cum clamasset *Eli eli lamma sabachthani.* v. 46 & apud Ioannem, cum dixit *Si is*, quod eodem fere tempore contigit, & videtur, cum dixisset *ἐλὶ ἐλὶ*, mox subiecit, *σι*. Crebris etiam sua sponte milites acetum obtulerunt Luc. 26. *Illudabant autem ei, & milites accedentes, & acetum offerentes ei, & dicentes: si tu rex Iudaorum, saluum te fac.* Syrus habet *כדור* quod est acetum, & dactylus immaturus. Vocatur autem *ὄξυς* non modo verum acetum, sed etiam vinum acescens seu vappa, quod linguam mordeat. Sic Horatium intelligo

*Si possit intus Chij, veterisq; phaleri  
Mille cadis, (nihil est, trecentum millibus) acre  
Potet acetum.*

Acetum enim seu vinum acre & acerosum opponit Chijo & Phalerno. Vappam etiam potare plebei solebant. *Mulā prolutus vappa* apud eundem dicitur nauta. dicitur illa etiam græcis *ὄξυς*. Dederunt ergo vinum, seu vappam cum felle mistum. Nam preciosum vinum nihil opus esse putabant felle corrumpere.

§ 2. An idem potus fuerit, vinum felle mistum, & vinum myrrhatum, magna disputatio est, præsertim post editos & reclusos Baronij annales. Deinde an vinum myrrhatum fuerit suauis, an amarum?

Constat sanè vinum myrrhatum, gratam fuisse positionem.

*Si calidum potas, ardensi myrrha phalerno  
Conuenis, & mel oris fapor inde mero.*

Plinius lib. 4. c. 13. de myrrhino vino hæc habet. *Myrrhæ. s.* [Lauissima apud præcos vina erant, myrrhæ odore condita, vt apparet in Plauti fabulâ, quæ Persa inferibitur, quanquam in eâ & calamum addi iubet. ideo quidam aromaticè delectatos maximè credunt. Sed Fabius Dorsenus his verbis decernit. Mittebam vinum pulchrum myrrhinum: Et in Acharistione. Pannem & Polentam, vinum myrrhinum. Scauolam quoq; & Zelum & Atteianum Capironem in eadem sententia fuisse video, quoniam in Pseudolo sit.

*Quod si opus est, vt dulce promas  
Ladidem & quicquid habet? rogas?*

*Murrhinam, passum, defrutum, mella.*

Quibus apparet non inter vina modo murrhinam, sed inter dulcia quoq; nominatum.]

Vinum myrrhinum saporem è murrhinis potioribus traheret, ideo & illa in precio erant. Romam aduclat sunt triumpho Pompeij. Plin. lib. 37. c. 2. [Eadem victoria primum in urbem murrhina induxit: primumq; Pompeius sex pocula ex eo triumpho Capitolino Ioui dicauit; quæ protinus ad hominum usum transire, ab acis etiam escatisq; vasis inde expectis. Excreuitq; indies eius rei luxus murrhino octoginta festiis empto, capaci plane ad sextarios tres calice. Potant ex eo ante hos annos Consularis, ob amorem obroso eius margine, vt tamen iniuria illa pretium augeret: neq; est hodie murrhina alterius præstantior indicatura. Idem in reliquis generis eius, quantum voraucit, licet existimare ex multitudine, quæ tanta fuit, vt auferente liberis eius Nerone, Domitio theatrum peculiare trans Tiberim hortis exposita occuparent: quod à populo impleri canentis, dum Pompeiano præiudicet, etiam Neroni lassaret, qui vidit tunc, annumerari vnius Scyphistæ etiam murrhinæ, quæ in dolore credo seculi inuidamque fortunæ tanquam Alexandri Magni, corpus in conditorio seruari, vt ostentarentur, placebat. T. Petronius Consularis moriturus, inuidiâ Neronis principis, vt mensam eius exharedaret, trullam murrhinam trecentis festiis emptam fregit, sed Nero vt parceret principem vicit omnes trecentis festiis capidem vnâ parando. Memoranda res, tanti imperatorem, parremq; patriæ bibisse.]

§ 3. Michael Mercatus Benzui ita existimat, eumq; Baronius sequitur. Qui etiam addit materiam ex myrrhâ incisâ stillantem concrefcere, & in vas canari. at longe aliter Plinius lib. 37. c. 2. [Oriens myrrhina mittit. Inueniuntur enim ibi in pruinis locis nec insignibus, maximè Parthici regni, præcipuè tamen in Carnania, Humorem putant sub terrâ calore dentari. Amplitudine nusquam paruos excedunt abacos crassitudine raro, quanta dictum est vni potioris splendor his sine vitibus, nitoreq; verius quam splendor. Sed in pretio varietas cælorum subinde circumagentibus le maculis in purpuram candoreq; & tertio ex utroq; ignoscens, velut per transitum coloris purpura rubescens, aut lacte candescens. Sunt qui maximè in iis laudet extremitates, & quodam colorum percussus, quales in cælesti arcu spectantur. His maculæ pingues placent translucere quæque aut pallere vitium est. Item sales Verrucæ que non eminentes, sed vt in corpore etiam plerumque scissiles. aliqua & in odore commendatio est.]

Plinius quidem famâ solâ motus hoc refert. Interim esse ex myrrhæ incisuris manantē ita tamen non adducor vt credam. Nam idem ille Mercatus fictilia vasa esse concedit, idq; ex Propertio docet. *Myrrhæque in Parthis pocula cocta focis.* & Arrianus de navigatione rubri maris diospoli fieri asserit.

Plinij opinionem defendere nihil opus est, cum ipse incertus sit, multo magis incertus fuit Propertius tanto ante Plinium. Sed Mercati sententiæ eius rationibus, quam firmare illam conatur, resellit.

Fictilia esse vasa asseruerat, & ex lacrymâ myrrhæ materiam esse. At materia illa resinosa, pinguis, lenta non est, apta suffusionibus, ignibus liquitur, vt thus, masticæ, cæteraque eiusmodi. Non igitur fornacibus coqui, sed frigore stipari necesse est.

Deinde coctilia illa, & signata opera dū vni ignium lapidescunt, & durant in solidissima corpore odoram amittunt: quod experientia docet, & si forte id in omnibus locum non haberet, tamen non potest inficiari Mercatus, qui negat, lapidum esse vllum odorem



idorem. illud vero, inquit apud Baronium, Mer-  
curius, quod aliqua myrrhinorum in odore commen-  
datur est, ne lapides quidem natura convenit. Multo mi-  
nus etiam Sapor, quem addit Martialis. Scribens ca-  
lidum vinum ex myrrhino calice incundius sapere.

Silapudum soliditas odorem respuit, multo magis  
fictitium accuratissime, & violentissime coctorum.  
Arg: hæc ex eius sententia. Verum ad lapidum quod  
attinet naturam, Myrrhites colorem est, de qua Plin.  
lib. 37. c. 10. Myrrhites myrrha colorem habet, faciemque  
minima gemma, vnguenti odorem, atritis etiam Nardi myrr-  
rhæis nota habet eminentias similes Verrucis.

Odorem igitur myrrhæ etiam gemmarum retinet, & fricta, nardi. Id vero ex eo facilius docetur, quod non dura admodum sit, mollior, quæ etiam cito labiis potantium attrita, ex eo ipso vitio pretium maius haberet.

§ 4. De myrrhina doctissime scripsit noster Iacobus Greflerus, eo eius nondum edito libro, hæc re-  
fere (proficuitur: noster Matthæus Raderus libro 1.  
comment. in lib. 14. Martial. in dithichon 103. [ Vt  
auctorum sententiæ variant in originatione & nomi-  
ne myrrino, ita multo magis pugnant in re ipsa &  
materia eorumdem Michael Mercatus, myrrhina sua  
et lachryma myrrhæ, quam beneuinum purat, com-  
ponit, coquitque fornicibus fictilia. Petrus Bello-  
ninus ex conchilibus eadem fabricat. Hieronym, Catanus  
& Iulius Scaliger, myrrhina ex ouorum puta-  
minibus, & mæmorum cruſtis in puluerem redactis  
effundunt, eademque porcellanis esse contendunt.  
Georgius Agricola, & Nicol. Guibertus paulo propius  
accedunt, redcæ; lapidem myrrhina, sed minus redcæ  
onychen assignant. Antonius Nebricenfis, Georgius  
Mernia ex Achate putarunt constare myrrhina. Nos  
neque onychen, nec porcellanarum farinam, nec be-  
neuinum, nec myrrhæ arboris, nec cöchen, nec achate  
myrrhina tribuimus. Sed in myrrhina ex lapide pre-  
tioso, cui proprium & suu nomen est murtha seu myr-  
ria alia omnia à lapide sententiũ dicta refellit Nico-  
l. Guibetius, libro de murthinis, & nõ nemo fociorum  
lib. singulari de murthinis nondum publici iuris fa-  
cto, qui sane erudite de hoc toto genere, cum erudi-  
tissimis huius aui viris disceptat. Eram vt fatear quod  
sensim, in alena hæcenus opinione, partim argumen-  
tis partim auctoritate ductus, sed vbi conferre sen-  
tentias ceppi, scriptumque; Iacobi Grefleri, quod mihi  
legendum exhibuit, attentius excussi, manibus pe-  
dibusque; in eius mentem versumque; adrepsi, stylumque;  
verri & correxì. Sed ipsius verba iuuat subſcribere vti-  
de simul mecum erudite. Myrrhina esse lapidea, plu-  
rimis iuq; grauissimis argumentis confirmari potest.  
Primo auctoritate veterum, qui vasa murhina, quod-  
libet in aulis principum procerumque; ædibus vide-  
bant & tractabant. Primus sit Plinius, qui libro  
naturalis historie, quem totum gemmis destinauit:  
cum gemmarum explicatione coniungit tractatio-  
nem murthinorum, aut vt gemmarum aut certe vt  
lapidum: nam Crystallum & murham eodem loco  
habet, quamvis causæ & ortus diuersi. Putant inquit  
murhem sub terra calore densari: qui in lapidem  
conuerſus inde eruat, & in vasa celebatur. Cum Plinio  
conſentit Idoridus.

Εὐλόμεντος ἐστὶ Παύλιος, cuius hæc sunt in  
 Ἀράδεις verba, ὅτι ἐν ἀγῶνι στίγ' ἄ-γιτοις τε, miracu-  
 λ' ἔκρινεν, ὡς οὐδὲ ἕτερον ἐν νηυσὶ καὶ ὅτι δὲ τι ἄλλο  
 ἔκρινεν ὡς αὐτὸν τῶν ἐξ Ἀίμας ἦσαν τῶν ἄλλων μὲν γὰρ  
 καὶ ἐκείνων, καὶ μορίας, καὶ ὡς αὐτὸν ἀνδραπό-  
 λ' ἐκείνων, καὶ τῶν σκλάβων τὸ κελεύημα τῶν  
 αὐτῶν τῆς σφύρας ὅτι ὡς αὐτὸν ἐκείνων τὸ κελεύημα ὅτι

ζ, ὁσαυτά, σίδηρον, & χαλκὸς ἔπ' ἧ μολύβδῳ π, & κα-  
 ριπερὸν, & ἄργυρον, & ζ' ἤλεκτρον ἑσὶ τὰς σηπτεμ-  
 ῖαι & διατῶ. Succellu temporis cognitum quoque  
 est. si quid aliud mirabili simile aqua illa habuit:  
 nam & Crystallum & murrhina, & alia ex lapide ab  
 hominibus facta: & vasa fictilia à stygis aqua fran-  
 guntur: cornea insuper & ossa, ferrum & æs ad-  
 huc plumbum & stannum & argentum, & electrum  
 ab hac aqua corumpuntur. Vbi vides Pausaniam  
 æque inter lapides numerare murrhina ac crystal-  
 lina, & murrhina à fictilibus distinguere. Eidem  
 sententiæ suffragatur Arrianus, quibus *μωρρίνιν* seu  
*μωρρίνιν λιθίαν* lapidem murrhinum appellat, imo  
 ut onyx siue onychites Arriano lapis est, ita & mur-  
 rha. *ονυχίη λιθία*, inquit, & *μωρρίη*: onychinus la-  
 pis & murrhinus. accedat & Seneca: video inquit,  
 murrhina pocula, parum scilicet luxuria magna fue-  
 rat, nisi quod vomant capacib. gemmis inter se propi-  
 narent. Sidonius Apollinaris in Epithalam. Ruricij &  
 Iberi inter lapides pretiosos, numerat murrhinum  
 lapidem, quem myrrhinam vocat.

*Postes Chrysoliti fulvus distinxerat ardor;*

Myrrhina, Sardonyches, amethystus, iberus

Indus, Chalcidicus Scythicus, Berillus, Acha

*Attollunt duplices argenti cardine valvas*

Deinde Philosophi, Iurisperiti, Historici, poetæ  
crystallina & murrhina vasa passim coniungunt. Vt  
igitur pro lapideis habuerunt, ita & hæc. Facit hoc  
ex philosophis Seneca, & Epictetus Arriani vel si-  
maus Arrianus Epicteti. Item Plinius. Ex Iurisperi-  
tibus Paulus, Ex historicis Iulius Capitolinus, & Eu-  
trophius & Victor. Ex Poetis Statius, Martialis, Lu-  
uenalis. Quid quod & a pondere murthinorum ar-  
gumentum non infirmum ducere possumus, fuisse  
lapidea. Nam Statius vocat, Murthas graues, Iuue-  
nalis, murrhina maxima. Adhæc Iurisperiti veteres,  
vasa murrhina habuerunt pro lapideis, quod patet  
tum ex hoc, quod vasa murrhina cum crystallinis  
coniungunt, vt diximus: tum quod magnâ conten-  
tione disputant, vtrum in gemmis numeranda es-  
sent. Et licet Cassius responderit, murrhina vasa in  
gemmis non esse, vt refert Vlpianus, non tamen illa  
à lapidibus, vel seipse vel alius excludit, vt planum erit  
legenti Vlpiani locum. Excludit autem Cassius à gem-  
mis vasa murrhina: quia Iurisconsulti gemmas à la-  
pillis eò distinguabant, quod gemmæ essent per lucida  
materiæ, velut Smaragdi, chrysolithi, amethysti,  
lapilli vero contrariæ superioribus naturæ, vt Obfi-  
diani, Verentani. Ob quod discrimen Vlpian. quoq;  
bis in eadem lege lapillos à gemmis seiuinxit. Gemmæ  
autem inquit Vlpianus, sunt per lucidæ materiæ, quas  
vt refert Sabinus libris ad Vtrellum, Seruius à lapil-  
lisideo distinguebat quod gemmæ essent per lucidæ  
materiæ, velut Smaragdi, chrysolithi, amethysti, lapi-  
lli autem contrariæ superioribus naturæ, vt Obfidiani,  
Veientani. Margaritas autem nec gemmis nec lapi-  
llis contineri, satis constituisse ibidem Sabinus ait. Cum  
igitur ea vasa murrhina summo in honore essent quæ  
vt dicit Plinius nihil translucere (translucere siqui-  
dem quicquam, aut pallere vitium est, ait Plinius a-  
gens de murrhinis) inde factum est, vt quidam Iurisperiti  
murrhina in gemmis non numerarent, atque adeo legatis  
gemmis putarent, non legari murrhina, quæ potius in  
lapidibus pretiosis, quam in gemmis numerabant.  
Denique eandem sententiam sequuntur ex recentioribus Beroaldus in Suetonium,  
Perottus in Martialem, & Glareanus in Euthropium,  
Georgius Merula, qui & addit, Murrhina esse illam  
gemmam, quam hodie vulgo Agathā  
vete-







tormentis suis vexari non possent. Etenim cum  
Bbb multi



multi solo tormentorum aspectu linquantur animo, idque post vigiliis, vexationesque nocturnas, flagellationemque, & qui secuti sunt, labores, vererenturque ne id Christo contingeret: quem cruci ferenda imparem viderant, omnino excitare spiritus & augere voluerunt vino, & myrrha indita, ne sensus obstupescerent, & fructus crudelitatis interiret. Ad odorem autem vini, & praesertim myrrathi, vita & spiritus fessis, animoque defectis redire solet. In quem usum etiam acetum & hyssopum apposita auctor est inter alios Baronius.

*Fel crudeli  
ludibrio  
arsum.*

§. 9. Quam etiam solet, cur fel potioni indiderint. Ludibrio Christum veluti Deum fictitium, Dei filium felle potarunt, & cruciatus augendi causa.

Ludibrium in offerendo felle acerbum fuit. Nam Deum esse talem testabantur, cui nihil nisi teictitium, & sordidum sit offerendum. Querelam iocularem deorum ex Pherecrate adducit Clemens Stromatum 7. & addit: μέλας δὲ τὴν ὁσφύν ὡς ἐν πεποιμένῳ, τὴν γὰρ οὐκ ὁρᾷ τὸ βρωτὸν, οὐσι τοῖς θεοῖς ἐπὶ τὸ δέντρον αὐτοῖς τὰ εἶδη ἀναλίσκοντι. Menander etiam scripsit: cum summum lumbum, fel, ossa quae comedi: non possunt, diis imponere, ipsi alia consumunt. Stultum autem iudicabant etiam ipsorum sapientes: τὸς θεὸς ὅσων ἀσέβων, ἡ γὰρ οὐκ ἐπιτρέφει, ἀλλὰ ποτὶ πένοντα ὄντι βρωτὸν, χαλεπὸν ἀπάτην: Deos gaudere fraude ossium nudorum, & fellis igniti, quae ne canes quidem esurientes vorare possunt.

Talligitur Deo vinum libant, & myrrham, sed ut sacrificio contumeliam adferant fellis amarore omnia corrumpunt. Fellis enim amaritum potus habet, gustum & omnia contristantem, siccantem, sedimentum est enim putissimi sanguinis, folliculo, quem χολεδόχον appellant, comprehensum: minimam parte cibos, porumque amarum efficit. Diis quandoque offerebatur per ludibrium, ut huius vitae labores indicaretur, fel enim vitae symbolum esse docet Caelius 1.28. c.27. Fel etiam calfacit, ut Dioscorid. 1.2. c.96. πᾶσι γὰρ δέλιμα καὶ δεγμαίναν. Omne fel acre, & calfacit. Fatigato igitur Domino, sudore, flagellatione exhausto ardor viscera vrebat, quocirca ingenti siti tortus exclamavit: Sitio. Cuius cum multa essent caulae, non minima etiam in fellis ardore futura fuisset. Omne autem fel venenum est, περὶ τοῦ αἵματος τὴν τροφὴν ἐναρτία, ut habet Aristot. 1.4. c.2. de partibus animalium. Plin. lib. 11. c.37. Athena eius contactu nigrescere, ait: ne quis miretur id venenum esse serpentium. Maximum autem in eo virus esse demonstrat, Fella tincta semina mures fugiunt. Fellis in medicina usum praestantissimum docet Plinius lib. 28. cap.9. Vis eius exalface-re, mordere, scindere, extrahere, discutere. Itaque omni modo torquendi occasionem exquirunt, & Dominus patientiae documenta ostendit. Cetera de crucifixione, suppedaneis, aliisque legi possunt apud Gregerum, & Lipsium.

*Acetum  
sanguinem  
fistit.*

Hoc moneo errare, qui acetum datum ad sanguinem celerius egerendum dixerunt. Aceti est sanguinem fistere. Plin. lib. 23. c.15. [Aceto summa vis est in refrigerando, non tamen minor in discutendo: ita sit ut infusum reita spumat. Dictum est saepius, diciturque quoties cum alijs prosit. Per se haustum fastidia discutit, singultus cohibet, sternutamenta olfactu. Vim in balneis astus arceat, si contineatur ore. Quin & cum aqua bibitur. Multorum stomacho vtiliter gargarizatur, cum eadem conualescentium, & a Solis ardoribus. Oculis quoque illo modo saluberrimum. Plurimum fori medetur post vredines. Item lepris, furfuribus, huiusmodi manantibus, canis moribus, Scorpionum ictibus, scolopendarum, muris aranei; contra omnium aculeatorum venena, & pruritus. Item contra multipede mortuum. Calidum in spon-

gia appositum, adiecto Sulphuris Sextante, Sextantis tribus acceti aut hyssopi fasciculo, medetur Sedis vitii. In sanguinis fluxione post excisos calculos, & omnia alia, foris in spongia appositum, intus potum Cyathis binis quam acerrimum. Conglobatum utque sanguinem discutit. Contra lichenas & bibitur & imponitur.]

## VERSUS 35.36.

*Postquam autem crucifixerunt eum  
diuenerunt vestimenta eius, sortem  
mittentes: ut adimpleretur quod  
dictum est per prophetam dicen-  
tem: Diuenerunt sibi vestimenta  
mea, & super vestem meam mis-  
erunt sortem. Et sedentes seruabant  
eum.*

## QUESTIO I.

*Quomodo diuenerunt vestes?*

§. 1. **V**estes diuidunt, & sedentes seruabant eum, in graeco textu additur ἐκεί, illis. Tunicam inconsutilem non scindunt, sed fortuitur, cuius sit. Ioan. 19. 18. Hoc loco *quoniam* toga est nam pallium ante detractum fuit. Citatio Scripturae ex Plin. 19. multis non est, nec est in manuscripto Mofsement. Tunicam inconsutilem Patres & interpretes omnes interpretantur, Ecclesiam quae scindenda non est, quae optime seruatur etiam sub potestate militum & regum impiorum, modo ne scindatur. Isidorus Pelusiota 1.1. Epist. 74. Quis autem vestis illius vilitatem ignorat? ut quae Galileorum pauperes vtantur: apud eos enim maxime eiusmodi genus vestis fieri solet, arte quadam, ut peccatoralia, retractim consutum.

§. 2. Bullingerus catholicos irridet, quod honorifice vestem Domini afferrent. [Hoc fuit spoliolum le-sus voluit esse penes milites: apud nos, qui nomen illius phitemur, nihil voluit esse sui carnale. Spiritu, fide & dilectione apud nos retinetur totus, sicut ipse dicit Ioan. 14. Vestem non adoratur neque colitur. Et sancti milites sunt, qui hodie aunt se custodire Tunicam Saluatoris, & militatarii quidem illa videntur, dentur dantes parum integros ac simpliciores in fide. Ita man phlegmaren alio mir Kolben ju sausen. Tamen enim certo constaret, illam esse, quae dicitur, Togam Saluatoris, neutriquam tamen erat colenda. Nam cum nihil sit incertius, nihil vnquam stultius vel a superstitionis factum est, quam quod nunc sit ab illis nescio cuius togae adoratoribus cultusque.]

Augusta Treuirorum vestis illa custoditur, non adoratur, non colitur tanquam Deus; nec amittitur tenetur, verum a sacerdotibus. Honorifice asservatur ut monumentum redemptoris, in eius custodia Deus ipse colitur: ut etiam amicus in tanemofno. Non enim res inanimata sua natura, sed relatione ad Deum honorari censetur, ut corona regis, non quia aurum est, sed quia insignis potestatis. Nam & illis instrumentis ad miracula Deus uti dignatus est, ut Matth. 9. Marci 5. Luca 8. Matth. 14. Act. 5. & 19. Ipsi terra sancta miraculis clauit.

Augustinus libro 22. de ciuitate Dei cap. 8. *Acciperat autem ab amico suo terram sanctam de Hierosolymis allatam, ubi sepultus Christus die tertio resurrexit: camque suspenderat in cubiculo suo, ne quid mali etiam suspenderetur. At ubi domus eius ab illa infestatione purgata fuisset, quid*